

EPITOME
CANONVM OMNIVM

*Qui in Concilijs Generalibus, ac Provincialibus, in decreto
Grattani, in decretalibus, in Episto'is, & Constitutio-
nibus Romanorum Pontificum, usque ad*
SANCTISS. D. N. ALEXANDRI VII.
annum quartum continentur.



AVTHORE
F. LAVRENTIO BRANCATO.


DE LAVREA

ORD. MIN. CONV. S. FRANCISCI MAG.

In Romanæ Sapientiæ Facultate Theologo
Professore; nec non in suprema,
& Vniuersali Inquisitione
Consultore, & Qua-
lificatore.

ROMÆ, Typis Mascardi. MDC.LIX.

SVPERIORVM PERMISSV.



Superior

permissu

Temp. scilicet

EMINEN^{MO} AC REVER^{MO}
PRINCIPIS
D. FLAVIO
CARDINALI CHISIO

SANCTISS. D. N. ALEXANDRI PAPAE VII.

EX FRATRE NEPOTI,

FR. LAURENTIUS BRANCATUS DE LAVRAEA
Ordinis Minor. Conu. S. Francisci, S. P. D.



EGVM Epitomen (Princeps Eminen-
tissime) non nisi sacri Herois Stemmata
insignitam conspici dignum fuit. Id
forte incongruum videri posset, si ad
Tuæ claritatis, dignitatisque orbitam,
Orbi ipsi conterminam, & ad tuâ usque-
quaque distenta sacrae Politiae studia, brevis, atque per-
pressa summula, non secus quidem, ac Oceano guttula
(vt habet adagium,) vel Soli lucerna, deferatur. Sed
illicò hæc dilabescet nebula, vbi memineris Alexan-
dram illum, quem vnicus non capere videbatur mun-
dus, oblatam à Stefirate ad staturam montis statuam,
despexisse; Apellis verò telis maluisse contineri. Siqui-
dem Principibus, non vt magnos reddant, sed vt ma-
gna reddantur, obsequia, & munera ipsa exhibentur.
Verum, si quo egerim consilio, vt Opus hoc Tibi siste-
rem, attendatur, non poenitendum omninò videbitur.
Christianum quippe mundum, cuius quidem Caput
Roma meritò nuncupatur, è naturalis mundi excusum
typo, cuique est compertum. In hoc enim vnicus ex-

AARON.



Aaron fuit Episcopus. *S. Anacletus epistola 2.*

Aaron fuit sacerdos primus ex lege. *Anacletus ibidem.*

ABBATIA.

Abbatia idem sonat, ac latine Paternitas. *Concilium Meldense cap. 10.*

Abbatia commendata, per Episcopum, ut delegatum Papæ potest visitari, & quomodo. *Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 8. Vide, Episcopus circa Regulares.*

Abbatie vacantes in Gallia, quomodo providendæ per Papam cum nominatione faciendæ à Rege. *Concil. Later. 5. sess. 12. constit. 2. Primitiva. & hoc iuxta concordata cum Sede Apostolica. ibid.*

Abbas quomodo olim eligebatur.

Abbas olim per Episcopum eligebatur. *Gregorius 1. lib. 10. Epistolarum ep. 23. Concilium Turonense 2. cap. 7. causa 18. quæst. 2. cap. Hoc tantum.*

Abbas per Papam aliquando eligitur. *Gregorius 1. lib. 4. Epistolar. ep. 57.*

Abbas à quo nunc eligendus.

Abbas nunc eligendus à Congregatione Monachorum. *Gregorius 1. lib. 4. Epistol. ep. 41. & 43. Concil. Rom. 3. sub Greg. 1. cap. 3. Post Concil. Toletanum 1. cap. 5. Greg. 7. lib. 2. epist. 27. causa 18. quæst. 2. cap. Abbas, & cap. Abbatem.*

Abbas electus contra mandatum Papæ invalidus est electus. *Greg. 7. lib. 7. ep. 27.*

Abbas non potest eligi, seu præfici à Laico; & si acceptat, excommunicatur. *Causa 16. quæst. 7. cap. si quis deinceps, & cap. si quis Clericus.*

Abbas quomodo eligendus.

Vide, Superiorum regularium Electio.
Vide, Electio.

Abbatis eligendi qualitates; & etas.

Abbas eligi nequit clericus secularis. *Gregorius 1. lib. 3. Epist. 11. causa 16. quæst. 1. cap. Presbyteros. De electione cap. cum ad nostram, sed debet esse profectus Mo-*

nachus, *ibidem; & cap. cum in magistrum de electione.* Debet esse intructus in regula Monachali, alias non potest eligi, *de elect. cap. officij sui.* Alia per multa qualitates requiruntur pro eligendo, *causa 18. quæst. 2. cap. Quam sit necessarium. Vide, Electio.*

Ætas eligendi est annorum 30. & si dispensatur à Papa sit ad minus ann. 22. *Concil. Later. 5. sess. 9. Bulla de reform. Curia cap. 1. Constitutus in minoribus potest eligi, sed cum dispensatione Papæ. De etate, & qualitat. &c. præficiend. cap. Tuam in Domino.*

Irregularis potest eligi cum dispensatione Papæ. *ibid. Tuam in Domino.*

Abbas electus ordinandus est Presbyter, alius priuatur. *De etate, & qualitat. &c. præficiend. cap. 1.*

Eligi non potest criminofus, aut venalis. *Concil. Antisiodor. cap. 2.*

Abbas circa regimen Monasterij.

Abbas vni tantum Monasterio præfice potest, & nullo modo duobus. *Concil. Agathense 2. cap. 57. Concil. Tolet. 17. cap. 10. Concil. Veneticum. cap. 8. Concil. Lateranense 4. cap. 13. causa 21. quæst. 1. cap. V num. de Religiosis Domibus cap. finali. Concil. Trident. sess. 7. de reformat. Reg. cap. 7. Vide, Regulares.*

Aliquando fuit dispensatum, ut vnus Abbas pluribus præficeret Monasterijs. *Greg. 7. lib. 1. epist. 52.*

Eidem Monasterio plures Abbates præfice non possunt. *Concil. Cabilonense 2. cap. 12.*

Abbas circa cellas.

Abbas non potest habere plures cellas. *Concil. Veneticum cap. 8. Vide, Regul. Reformatio. &c. tit.*

Abbatis conuiuius cum Monachis.

Abbas cum suis Monachis tenetur conuiuere. *Concil. Mogunt. 1. cap. 11. Intra septa Monasterij tenetur viuere; & non potest habitare extra. Concil. Colon. 3. tit. de Offic. cap. 8. Vide, Regul. Reformatio.*

Abbatis caritas circa Monachos.

Abbas curare tenetur, ut Monachis in omnibus subueniatur. *Concil. Aquisgran. 3. par. 3.*